TABULA TRECENT. OCTOGESIMA QUARTA

ANDROPOGON ISCHÆMUM. *Lin. syst. p.* 6[illegible] *p.* [illegible]
A[illegible]
[illegible] *p. man.* 1414.
[illegible] dactylon spicis villosis. *Bauh. pin.* 8. *theatr. p.* 116. [illegible] *p.* 94.
[illegible] dactylon, spicarum aristis geniculatis. *Barr. ic.* [illegible] 3.
Ischæmum secundum. *Tabern. ic.* 222.

R[illegible] bicantibus. Caules autem basi prostrati perennant, similes fibrillas generant, elongantur, tandemque in novellam plantam terminantur radices multiceps, cujusmodi a Scheuchzero radix describitur. Et sic saepe ingens fibrillarum fasciculus, quo ex terra [illegible] que crescit, nutrimentum haurire queat, conspicitur. Culmi annui adscendunt, simpliciusculi vel ramosi, teretes, nudi, glabri, coloris straminei, ad nodos ferruginei, folioti [illegible]. Folia radicalia & caulina angusta, acuminata, pallide virentia, facie glabra, dorso rariter pilosa, ad oras scabra & pilosa, inferiore ad basin insuper quibusdam pilis longioribus ciliata, (qui tamen omnes pili, utpote tenuissimi, oculum nudum fugiunt [illegible] terque carinata oriuntur ex vagina longa, amplexicauli, interdum purpu[illegible]

[illegible] ous ad decem, saepius sex vel septem, infima & tertia [illegible] dex alternantes vel etiam oppositae. Rachides ab una ad duas [illegible] ue ad ortum ex culmo rubentes & pilosae. [illegible]

[illegible], rariter pilosa, ad oras superne ciliata pilis strictis albisque. Corollae bivalvis valvula, quae calycinae valvulae opponitur, & hinc calcis glumam alteram mentitur, est carinata, acuta, mucronata, dorso acuto superne [illegible]

[illegible] inferne purpurea, superne excolor fere, etiam mutica. Arista longissima, recta vel [illegible]

[illegible] stam & inter germen [illegible]

[illegible] flos pedunculatus masculinus & sterilis pistillo & arista caret, [illegible] flori hermaphrodito. Semen oblongum, compressiusculum, semifusculum, glaberrimum, pallidumque cum apice fuscescente, corollae calyceque cum arista persistentibus [illegible] duplo brevius. Crescit passim in collibus siccis, ad vias, & aliis. Floret Augusto & Septembri. Semina perficit Octobri & Novembri. Ad latus sistitur flos hermaphroditus auctus & vi expansus cum semen in naturali & aucto volumine.

TAB[illegible] TRECENT[illegible] OCTO[illegible]

TRIFOLIUM RUBENS. *Linn. syst.* p. 502. *Scop. carn.* 2. p. 80. *Crantz. fasc.* p. 406.
Trifolium foliis nervosis, ciliatis, spicis ovatis, obesis, calycis denticulis plumosis, [illegible]

[illegible]

Trifolium montanum spica longissima [illegible]
Lagopus major alter. *Dod. pempt.* 4. *l.* 4. *c.* 12.

Planta elegans ex radice perenni, longa, ramosa, foris fusca & [illegible] subamaricante annuatim caulem, aut multiceps plures, promit pedal[illegible]

[illegible] lis alteras glaberrimaque totum caulem decorant. Stipula carinata, longa, [illegible] plexicaulis, supra petioli ortum in duas auriculas attollitur acutas, [illegible] solent denticulatas vel utrasque [illegible]. Petiolus teres in infimis folia [illegible] brevissimus, tandem in summis nullus. Folia sunt lanceolato-linearia, acutiuscula, longa [illegible] lisa cum venulis omnibus ultra oras mucronate egredientibus, hinc serrulato- [illegible] dico [illegible]

[illegible] que habet. Spica pedunculata terminalis unica (in sylvestri planta rarius, in culta frequenter gemella,) erecta, densa, bi- vel triuncialis, oblonga. Calycis tubus glaber, compressus, striatus, sæpe purpurascit. Limbi laciniæ subulatæ, longis albis & simplicissimis pilis [illegible] Corollæ ex purpureo rubræ & monopetalæ tubus est longus, ex quo vexillum [illegible] [illegible] conniventes. Alæ oblongæ, obtusiusculæ, concavæ, patentes, longitudine vexilli. Carina brevior, ovalis, erecta & connivens saturatius coloratur. Antheræ flavent. [illegible]men parvum, ovatum, glabrum, & calyci inclusum, semen fovet subrotundum, [illegible], badio-fuscum, plerumque unicum. Crescit in montanis ad sylvarum margines inque sylvis. Floret Junio & Julio. Semina maturescunt Augusto. In latere adstant seorsim calyx, legumen & semen.

TABULA TRECENT. OCTOGESIMA SEXTA.

TRIFOLIUM FLEXUOSUM [illegible]
Trifolium majus tertium. Clus. [illegible]

Cum Trifolio alpestri confusum hoc fuisse videtur a pluribus Botanicis, a quo separo, in litura etiam servans discrimen. Caulis, stipulæ, & folia utrinque et præcipue ad oras, hirsutula sunt, quandoque ferme glabra. Radix teres, gracilis, ramosa, [illegible], longissima, perennis, & superne multiceps ac veluti fruticulosa, caules quotannis generat plures, [illegible]s, striatos, teretes aut compressiusculos, semipedales aut duplo altiores, fere ad omnia [illegible], adscendentes, raroque vere erectos. Stipulæ sunt striatæ, conniventes [illegible] superne utrinque lanceolato-acuminatæ, inferne rubellis lineis donatæ [illegible]. Foliola sunt lanceolata, cum minute serrulata, ut, quos digitus sentit oculum denticuli fugiant, sæpe obscure ex albo maculata, infima obtusa & emarginata, reliqua acutiuscula. Summa duo folia sibi opponuntur, sessilia. Spica subrotunda, elegans, [illegible], fere sessilis, unica, rarissime gemella, vix villosa, in montanis sylvaticis sæpe ampla, qualis in depicta, alibi etiam atque in planta culta duplo minor. Calycis tubus compressus, glaber, decemstriatus & ochroleucus, superne purpurascit, imprimis in spicæ vertice, quæ depressa est, donec integra floret. Laciniæ ejusdem sunt setaceæ, exiliter pilosæ, virides, infima longitudine tubi corollæ, dum reliquæ gradatim sunt breviores. Corolla monopetala simillima magnitudine & figura Trifolio rubenti, modo descripto, sed purpuræ multo dilutioris. Legumen subovatum, cinereum, glabrum, obtusissimumque calyce [illegible], semen fovens unicum, compressum, reniforme - subrotundum, luridum & subflavescens. Crescit ad margines sylvarum, inque pratis montanis. Floret Junio & Julio. Semina maturescunt Septembri. In margine calyx, legumen & semen sistuntur.

TABULA TRECENT. OCTOGESIMA SEPTIMA

CYTISUS NIGRICANS. *Linn. syst. p. 489. Scop. carn. 2. p. 69. Crantz. fasc. p. 394 Mill. ic. t. 117. f. 1*

Cytisus foliis ovatis, nitidis, floribus spicatis, cernuis, calycibus & siliquis sericeis. *Hall. hist. helv. num. 361*

Cytisus quartus. *Clus. hist. pag. 95.*

Cytisus glaber nigricans. *Bauh. pin. 390.*

Cytisus Gesneri, cui flores vere spicati. *Bauh. hist. 2. p. 370.*

Cytisus. *Riv. tetr. irr. [illegible]*

I [illegible] plures caule gignit erectos, teretes, glabros, ramos, digitum tandem crassos, constantes cortice pallide fuscescente, in senioribus nigrescente, & ligno durissimo albido cum centro fuscescente. Ex his quotannis virgæ emolluntur teretes, pedales & ultra, minores, pallide virentes, villo sericeo arcuo obducti, foliosi, in racemos longos terminati [illegible] latis, acutis, integerrimis, sessilibus, firmulis, facie glabris, in dorso villos breves habentibus, qui oculum fere fugiunt. Pedunculi proprii unifolri, graciles, patulique, flores gerunt cernuos & suaveolentes, corolla flava, calyce villoso viridulo, exsiccatione ni fcentes. Perianthium bilabiatum labia habet divaricata, superius brevius integerrimum, in [illegible] oculos non incurrat. Vexillum subrotundum obtusumque retroflectitur totum ultra calycem. Alæ ovatæ, obtusæ & concavæ eriguntur. Carina subfalcata, compressa, mucronata, longitudine vexilli & alarum. Filamenta omnia sunt connata. Antheræ aurantiæ oblongæ. Stigma capitatum & villosum. Legumen oblongum, acutum, compresso-planum, nigrum sed villis brevissimis albidis canescens, semina continet a tribus ad octo, compressissima, subrotundo-reniformia, nitida, fusca. Crescit in sylvaticis, & ad margines sylvarum, flores Julio, semina perficiens Septembri. Seorsim in tabula exhibentur pars trunci ex frutice adultiore, racemus fructifer, semen, calyx, vexillum, ala & carina

TABULA TRICENTESIMA QUADRAGESIMA OCTAVA

XERANTHEMUM ANNUUM. *Linn. syst. p. 946. Scop. carn. 2. p. 280.* Mill.
Xeranthemum herbaceum, foliis lanceolatis. *Hall. hist. helv. num. 122.*
Ptarmica austriaca. *Clus. hist. p. XI*
Jacea oleæ folio, capitulis simplicibus. *Bauh. pin. 272*

I [illegible], frequentissima planta, viarum ornamentum, & non odorata, ex radice annua & ramosa caulem extollit pedalem aut bipedalem, strictum, villosum, incanum, erectum [illegible] superne, modo vel ab ipsa radice ramosum, ut multicaulis quandoque videtur, terminatum una cum ramis in pedunculos longos, unifloros, incanos & aphyllos. Folia sunt sparsa lanceolata, acuminata, integerrima, utrinque villosa, subtus incana, supra sordide virentia, subsessilia. Calycis squamæ scariosæ, imbricatæ, numerosæ, ex pellucidæ, albidæ, ovatæ, arcte erectæ, concavæ, breviter mucronatæ, interiores lanceolatæ aut oblongæ, longiores, cæterum similes prioribus, ordinis omnino intimi sunt longissimæ, lanceolatæ, nitidissimæ, patentissimæ, eleganter rubropurpureæ, planæ, acutæ, quæ virente donatæ, radiatam mentientes corollam, persistentes ac tandem ex fusco pallentem. In disco plano sunt flosculi numerosi, albidi, corollulis tubulosis & limbo quinquefidis. Feminei in ambitu circiter octo, limbo patulo, cujus tres laciniæ longæ sunt & æquales, duæ vero ambitum respicientes duplo breviores. Stylus petalo duplo longior & purpureus extrorsum inclinatur. Stigma breve obtusum & bifidum. In hermaphroditis germen quinque setis longum calyculo proprio instruitur, quæ in femineis desunt, & anthera atro-purpurea polline gaudet albo. Hæc tandem a crescente stylo finditur, & decidit, quando flores feminei marcescunt. Stylus antheram vix superat, una cum hoc dimittæ longitudine corollulæ femineæ. Stigma uti in prioribus. Corollæ limbus æqualiter quinquefidus connivet. Receptaculum paleas setaceas albidasque habet. Semina flosculis hermaphroditis sunt oblonga, versus basin attenuata & acuta, fusca, hirsuta, coronata pappi setis quinque, basi latis & concavis, albidis, erectis, villosis. Femineis nulla. Floret Julio & Augusto, sub cujus finem semina maturescunt. Ad latus adstant flos femineus & hermaphroditus aucti in eadem proportione, semen hermaphroditi in nativa magnitudine, quæ assuum

TA-

TABULA TRICENT. OCTOGESIMA NONA.

SAXIFRAGA ANDROSACEA. *Linn. syst. p.* 302.
Saxifraga pyrenaica. *Scop. carn.* 1 *pag.* 298 *t.* 16
Saxifraga foliis hirsutis, ellipticis, & tridentatis; caule paucifloro. *Hall. hist. helv. num.* 984
Saxifraga alpina subhirsuta, foliis longis, raro dentatis. *Hall. op. bot. p.* 292 *tab.* 2.
Saxifraga alpina, habitu Androsaces villosae. *Hall. nov. ib.* 1736. *t.* 1 *f.* 3
Sedum alpinum tertium. *Col. ecphr.* 2, *p.* 66.
Sanicula montana minor, seu Sedi alpini tertii fratris Gregorii secunda varietas. *Pluk.* [illegible]

I[illegible] margines [illegible] in summis alpium [illegible] et que Julio & Augusto floret. Radix perennis, tenuis, fibrillis munita capillaribus copiosis, rosulas gignit foliorum paucis quae sunt lanceolata, virentia, crassula, acutiuscula obtusa, per basin angustatam subpetiolata, pilis albis ciliata, utrinque iisdem rarioribus adspersa, integerrima vel raries quaedam subtridentata. Cauliculus teres, annuus, hirsutus, frequentius unus alterve, tamen etiam ad senos in magis multicipite planta, a sescunciali ad semipedem longus, & uno alterove folio sessili instructus, flore terminatur erecto, quem ex superni ala folii alter breviter pedunculatus sequitur ut plurimum, dum rarius apud nos unicus, omnium rarissime plures observentur. Calyx hirsutus, semiquinquefidus, [illegible] fusque viret. Petala sunt obverse ovata, integerrima, alba, calyce duplo longiora, patula. Antherae flavent. Germen cingitur adnato calycis tubo. Tabula repraesentat specimina duo minora ex summis alpibus, & majus ex loco demissiori, omnia Austriaca, dein specimen quadriflorum Carinthiacum, cujus misit iconem reverendus L. B. de Wulfen.

TABULA TRICENT. NONAGESIMA.

SCANDIX CEREFOLIUM. *Linn. syst. pag.* 214
Chaerophyllum Cerefolium. *Crantz. fasc.* 191
Chaerophyllum foliis glabris, triplicato-pinnatis, lobulis obtusis. *Hall. hist. helv. num.* [illegible] 4
Chaerophyllum sativum. *Bauh. pin.* 151
Cerefolium. *Riv. pent. irr.* t. 42

O[illegible] Radix [illegible] & [illegible] hic radice graciliter fusiformi & sordide albenti. Caulis teres, fistulosus, line[illegible] glaber, ad nodos tamen hirsutulus, ramosus. Folia tenuia, nitida, triplicato-pinnata, costarum vaginas concavis & ad oras saepe hirtulas, foliolis subovatis & serrato-incisis. Umbellae aliae ad caulis ramorumque nodos vere sessiles, aliae magis minusve longe pedunculatae, radios habent paucos, frequentius quinos vel senos, patulos, & subpubescentes. Umbellulae sunt inaequales, planae & rarae. Involucrum universale plerumque desideratur; [illegible] idi tamen etiam particulare simile, quod est unifolium, setaceum & breve. Flores pauci [illegible] ique imprimis interiores, hinc steriles. Reliquis fertilibus germen est [illegible] Petala alba ex [illegible] tum gerunt, hinc saepe visa emarginata, patentissima, exteriorum florum exteriora paulo longiora. Filamenta alba, in principio inter petala patent, dum successive alia eriguntur, & antheras ochroleucas didymasque stigmati ad fecundationem imponunt, quod etiam quibusdam aliis in umbelliferis fieri, observavi. Styli albent. Semina fubulata, fusca, styla [illegible], femiteretia, & vix angulata, nec striata, ad microscopium punctata, & quae-

dam minimis albidisque aculeis raciter hispida sunt. Crescit ad sylvarum margines, sepes, & alibi. Floret Majo & Junio. Ad latus tabulæ sistuntur fructus integer, & secta flos seminisque sectio transversa.

TABULA TRECENT. NONAGESIMA PRIMA

ERYNGIUM PLANUM *Linn. syst. pag.* 201. *Crantz. fasc. pag.* 129
Eryngium latifolium planum, *Bauh. pin.* 386.
Eryngium pannonicum latifolium *Cluj. hist. CLVII. Bes. eyst. æst. O.* 11. *fol.* 10 1
Eryngium spurium primum. *Dod. pempt.* 5 1. 5 c. 13

Totum glabrum est. Radix communiter fusiformis, albida, longa, perennis, sapore prædita dauci, dein fervido & salivam ciente, caulem promit erectum, teretem sulcato-striatum, albidum, medulla plenum, sesquipedalem vel altiorem, annuum, foliosum, superne ut plurimum trifide ramosum cum flore pedunculato centrali. Folia radicalia sunt petiolata, cordato ovata, obtusa, inæqualiter ac mucronate crenata. Caulina infima radicalibus similia. Superiora sessilia, lobate incisa, & spinulose serrata. Flores in capitulum subrotundum colliguntur, ramosque terminant. Involucrum circiter hexaphyllum, patenti-reflexum, ex foliolis longe lanceolatis, acutis, mucronatis, spinulose & pariter ciliatis, æqualibus, capitulo sæpe longioribus. Singulis flosculis squama subjicitur subulata, crontata, integerrima, longitudine flosculi, inferne albens, superne [illegible] inferam & obsoletius angulatum obsidetur dense pilis subulatis & albis. Calycis foliola sunt quina, oblonga, concava, integra, erecta, mucronata, virentia cum [illegible] dorsali medio albo. Petala eadem, oblonga, cærulea & erecta, ad calycis summitatem introrsum flectuntur, ut margo duplicatus evadat crassus, parsque inflexa angustetur [illegible] sensimque ad usque petali basin sibi parallela. Filamenta & styli albent, corolla duplo longiora, & erecta. Antheræ oblongæ cærulescunt. Semina hinc plana, [illegible] convexa & hirta, saporis fervidiusculi, alterum duobus, tribus calycinis foliolis coronatum alterum. Floret a Junio ad Augustum. Crescit in pascuis Danubialibus. Exhibetur planta junior nascentis, dum ætate provectior quoque plures profert. Ad [illegible] sistuntur semina duo, unumquodque ex opposito latere conspectum, dein auctæ flos, [illegible] tum, & seminis transversa sectio.

TABULA TRECENT. NONAGESIMA SECUNDA

ATHAMANTHA LIBANOTIS. *Linn. syst.* [illegible]
Libanotis Rivinianæ. *Scop. carn.* 1 [illegible]
Libanotis montana. *Crantz. fasc. pag.* [illegible]
Libanotis foliis triplicato-pinnatis, pinnulis primis decussatis; umbella [illegible] *hist. helv. num.* 744 *opusc. pag.* 250. *num.* 42
Libanotis. *Riv. pent. irr.* t. 32
Apium petræum seu montanum, album. *Bauh. hist.* 3 *part.* 2 *pag.* 105
Daucus montanus apii folio minor. *Bauh. pin.* 150. *prodr. p.* 77
Daucus montanus, Pimpinellæ Saxifragæ minoris folio, Dubrensis [illegible] t. 173 *f.* 1

E[illegible] saporis aromatici amaricantis tandemque fervidi, primo anno sola folia profecunt [illegible] ia, altero anno, instructa setoso capite, aut demum tertio, caulis assurgit, & post semina [illegible]

[illegible] semper [illegible] caulis observa[illegible], sine ullo anterioris caulis vestigio. Hic vero firmus est, ratione fiscinalis aut elevatio[illegible] soli natalis a dimidio pede ad quatuor pedes altus, magis minusve hinc etiam ramosus, [illegible] farctus medulla, ad lentem villosulus. Rami axillares, stricti, & erectiusculi, modo ex foliorum alis superiorum, modo oriuntur ex alis omnium. Folia radicalia & caulina sunt pin[illegible] bipinnata, insidia costa ad basin vaginante striata villosula & semiamplexicauli, gla[illegible]ora, circumscriptione oblonga vel triangularia pinnis subovatis, sessilibus, serrato-incisis, [illegible]usculis. Pinnæ ad costam principem sedent decussantes, quæ tamen in pluribus quan[illegible] foliis, etiam plantis integris, desiderantur. Involucrum universale polyphyllum ex [illegible]cutis, integris, villosulis, & patentissimis, cui par[illegible] simile est [illegible] & villosi. Umbella universalis densissima, dum floret, est hemisphærica, dum fructescit, plana, quia radii exteriores eo usque eriguntur, ut florente patentissimi. Flosculi omnes fertiles. Germen villosum. Petala æqualia, ex ochroleuco pallentia, [illegible] patentissima, apicem emarginatum inflectentia, vix tamen cordata. Stamina [illegible] & longiora eriguntur. Styli in germine decrescente purpurascunt. Semina sunt [illegible] ovata, hinc plana, illinc tribus striis parum elevatis notata & villosula. Plantam exhibui subalpinam altiorem, cui ad latus addunt semen utrinque visum, & aucta flos femininaque dissectio. Ex plantis majoribus folia varia integra, & folii maximi solam pinnam, in tabula sequente, non colorata, proposui. Florat Julio & Augusto. Septembri semina ma[illegible].

TABULA TRECENT. NONAGESIMA TERTIA

ÇARUM CARVI. *Linn. syst. p.* 216. *Hall. hist. helv. num.* 789. *Riv. pent. irr. t.* 54 *Cam. epit.* 516
Carum pratense, Carvi officinarum. *Bauh. pin.* 158.
Sefeli Carum. *Scop. carn.* 1 *p.* 215.
Apium Carvi. *Crantz. fasc. pag.* 218.

T[illegible] R[illegible] [illegible]unis albicans, & Petroselini quodam sapore præditus, altero demum anno pro[illegible]rit caulem, in alpibus, quorsum ab ipsis planitie & Danubii pratis adscendit, spithamæum, [illegible] cubitalem & dupla altiorem, ramosum, teretem, medullaque farctum album. [illegible] radicalia & caulina sunt circumscriptione oblonga, divisione plus minus bipinnata, la[illegible]nis linearibus, ancta ad costam principem foliolis multifidis cruciatim positis. Petioli sunt membranacei & dilatati. Umbellæ planæ, rectæ, pedunculatæ, fultæ involucro universali [illegible] nullo, aut constante ex foliolo uno alterove subulato. Partiale nunquam observavi. [illegible]m parumper cordata, patentissima, ex[illegible] [illegible]. Stamina corollam leviter supe[illegible] Antheræ luteæ. Styli breves. Omnes flosculi sunt hermaphroditi & fertiles. Semina oblonga, versus utrumque finem attenuata, & quinquestriata, odorem saporemque gratæ aromaticum habent. Crescit in herbidis. Floret Junio, in alpibus Augusto & Septembri. Ad latus stant semen, & aucta ejus sectio transversa & flos.

TABULA TRECENT. NONAGESIMA QUARTA.

OENANTHE PIMPINELLOIDES. *Linn. syst. p.* 213. *Scop. carn.* 1. *p.* 217. *Crantz fasc. p.* 201.

Oenanthe apii folio. *Bauh. pin.* 162
Oenanthe sive Filipendula monspessulana, folio apii. *Bauh. hist.* 3 *part.* 2. *pag.* 190.
Oenanthe apii folio minor caule firmiore. *Moris. hist.* 3. *p.* 288. *s.* 9. *t.* 7 *f.* 5.
Filipendula tenuifolia. *Tabern. ic.* 141

I [illegible]
alii invenimus hanc plantam, valde infrequentem, verum tamen civem, ab Halleriana numero 756 descriptam distinctissimam. Radix perennis & foris nigra tuber quoddam magis minusve crassum exhibet ex quo undique fibræ nigræ exoriuntur, abeuntes plerumque in tuberculum ovatum aut subrotundum, carnosum, intus albidum, foris ubi nigricans, [illegible] cortice exteriore detrito etiam partim albescens, ipsum quoque in fibrillam tenuiorem terminatum. Caulis ramosus & angulato-striatus medulla farctus albo, sesquipedalis vel minor. Folia radicalia & caulina infima sunt bipinnata vel tripinnata, aut etiam duntaxat pinnata in individuis minoribus cum pinnulis tunc planatifidis. Caulina superiora pinnata, summa simplicia. Pinnulæ in foliis inferioribus sunt circumscriptione subovatæ, pinnatifidæ vel laciniatæ aut furcatæ, valde sic variantes. In superioribus autem foliis sunt integræ, & ex lineari lanceolatæ. Omnes acutæ. Petioli fistulosi & striati ex basi membranacea & vaginante ortum ducunt. Umbellæ ramulos ultimos ferme nudos terminant, densæ & planæ. Involucri utriusque foliola sunt plana & setacea. Petala alba, inæqualia, exteriora [illegible], omnia ob apicem valde inflexum cordata. Stamina longitudine corollæ patent. Styli rigi-
[illegible]
florescentibus sæpe rubescunt. Perianthium proprium pentaphyllum, laciniis lanceolato-acuminatis & longitudine inæqualibus. Fructus teres & striatus dividitur in semina oblonga, hinc plana, illinc striata, stylo instructa, alterum coronatum calycis foliolis tribus, duobus [illegible]erum, sapore dulcem haud grato. Flosculi radiantes plerique carent pistillo, hinc steriles. Tota planta glabra est. Crescit in pascuis udis. Floret Majo & initio Junii. Semina perficit Julio & Augusto. Ad latus sistitur semen, & ad sectam [illegible] seminis transversa sectio & flo

TABULA TRECENTESIMA NONAGESIMA QUINTA

PIMPINELLA SAXIFRAGA. *Linn. syst. pag.* 217.
Pimpinella rotundifolia. *Scop. carn.* 1 *p.* [illegible]
Pimpinella saxifraga minor *Cam. epit.* 776. *Bauh. pin.* 160. *Moris. umbell. p.* [illegible]
Tragoselinum foliis ovatis, pinnis ovatis. *Hall. hist. helv. num.* 786
Tragoselinum minus, Pimpinella minor. *Tabern. ic.* 28

Planta hæc habitu, flore, odore, sapore, semine, foliis & radice convenit ita cum subsequa Pimpinella majore, ut discrimen sufficiens admisisse, dum illius descriptio consuli
[illegible]
sto. Et folia rara, & caulis utrumque, magis villosula sunt, modo ut oculus nudus villos discernat facile, modo ut requiratur armatus. Foliola sunt rotundiora. Folia caulina plerumque desiderantur, præter unum alterumve in caulis parte infima, sed [illegible] gere petiolares adsunt. Caulis sæpe ramosior, quandoque diffusus. [illegible]
Petala semper alba.

TABULA TRECENTESIMA NONAGESIMA SEXTA.

PIMPINELLA MAJOR. *Linn. mant. pag.* 219. Gouan [illegible]

Pimpinella saxifraga. *Scop. carn.* 1. *p.* 209. *Cam. epit.* 775
Pimpinella saxifraga major. *Moris. umbel. p.* 13. *t.* 5
Pimpinella flore rubro. *Riv. pent. irr. t.* 60.
Pimpinella saxifraga major, umbella candida. *Bauh. pin.* 159.
Pimpinella saxifraga major, umbella rubente. *Bauh. pin.* 159
Apium Tragoselinum. *Crantz. fasc. pag.* 214.
Tragoselinum foliis pinnatis, pinnis lanceolatis, serratis, extremis trilobatis. *Hall. hist. helv. num.* 78.
Tragoselinum majus, Pimpinella major. *Tabern. ic.* 88
Saxifraga, Pimpinella germanica major. *Clus. hist.* CXCI II.
Saxifraga magna. *Dod. pempt.* 2. *l.* 5. *c.* 21
Saxifraga major germanica, foliis aliis incisis. *Barr. ic.* 243.

Radix perennis, fusiformis, teres, calamum digitumve crassa, cum quadam flavedine sordide albicans, etiam in crura divisa, atque quandoque multiceps, sapore pollet fervido & aromatico. Caulis erigitur, striato-angulatus, ramosus, firmus, medulla alba farctus, glabriusculus, plus minus sesquipedalis. Folia sunt pinnata, glabra, orta ex petiolo vaginante. Foliola lanceolata, vel ovata, argute serrata, supra saturate & subtus dilute vi[illegible], acuta, pleraque sessilia, saporis acris, tria vel quatuor paria opposita, cum impari terminante; atque hoc modo integrum est, & interioribus simile, modo magis minusve profunde trilobum. Et ipsa etiam opposita illa interdum aliqua, aut omnia, per incisuram unam alteramve profundiorem sunt vario lobata, ut hic nulus certus statui possit. Umbellæ convexulæ, erectæ, terminales, & pedunculatæ, radios habent graciles, involucrum plane nullum. Flores omnes fertiles & odorati. Petala ferme æqualia, lanceolata, propter [illegible] inflexum subcordata, parvulissima, alba plerumque, in subalpinis quandoque pu[illegible] foris sæpe hirsutula. Filamenta petalis fere duplo longiora albent. Antheræ & geminis vertex pallent. Semina fusca, oblongo-ovata, acuta, glabra, hinc plana, illinc gibba & tribus striis parumper elevatis notata, saporis fervidi. Crescit imprimis in sylvaticis, atque demissioribus, quam in subalpinis, hic vero copiosissime, atque alpes quoque ultra sylvas adscendit. Floret Junio & sequentibus. In tabula seorsim tabentur folium terminale trilobum, semen, cum stricta flos & semen transverse sectum

TABULA TRECENT NONAGESIMA SEPTIMA

PIMPINELLA ORIENTALIS. *Gouan. ill. pag.* 21 *tab.* 15.
Pimpinella saxifraga major degener. *Moris. umb. p.* 13. *t.* 5
Pimpinella saxifraga hircina major, foliis alte incisis, italica. *Barr ic.* 737.
β Pimpinella saxifraga. *Blackw. tab.* 47
Pimpinella saxifraga minor crispa. *Moris. umb. p.* 14. *t.* 5
Pimpinella crispa sive petræa. *Tabern. ic.* 89.
Pimpinella saxifraga minor montana, foliis alte incisis. *Barr ic.* 738
Tragoselinum foliis duplicato-pinnatis, pinnulis profundissime lobatis. *Hall. hist. he[illegible]*
Saxifraga, Pimpinella germanica minor. *Clus. hist. p.* CXCI II
Saxifraga parva. *Dod. pempt.* 2. *l.* 5. *c.* 21.

S[illegible] hæc omnia ad eandem plantam retuli, cujus primam varietatem tabula sist[illegible] dem mihi dubium cum Pimpinella orientali Gouaniana, quum semina Monspelio missa [illegible] dicto titulo eandem plantam sata dederant. Crescit aliis ad margines sylvarum & sepium, [illegible] atque non minus Pimpinella Saxifraga sic variare solet. Modo etiam Pimpinellæ majori

similis est, sed villosior, sæpe etiam ramosior, ut credam, omnes stirpes unius ejusdemque plantæ varietates esse, quæ tamen distinctis figuris mihi messentur. Flores hujus semper albent. Folia sunt pinnata, foliolis varie & pinnatifide multipartitis, laciniis la[illegible] [illegible]. Et aliis modo sunt in integra planta, modo dumtaxat caulina, dum in radic[illegible] [illegible]iola sunt subconnata inæqualiter serrata, cum impari cri[illegible] aut dum eodem foliola sunt prioribus Pimpinellis simil[illegible] Pimpinella saxifraga.

TABULA TRECENTESIMA NONAGESIMA OCTAVA.

EUPHRASIA LUTEA. *Linn. syst. p. 405. Scop. carn. 1. p. 436.*
Euphrasia, Coris, *Crantz. fasc. pag.* 208.
Euphrasia lutea major sylvestris angustifolia. *Col. ecphr.* 1. *p.* 204.
Euphrasia pratensis lutea. *Bauh. pin.* 234. *Moris. hist.* 3. *p.* 432. *s.* 11. *t.* 24. *f.* 16.
Euphrasia flore luteo. *Cam. hort. p.* 59.
Odontites bracteis glabris, integerrimis. *Hall. hist. helv. num.* 305.
Odontites flore luteo. *Rai. monsp. itin.* 1. 9.
Coris monspeliensis lutea. *Bauh. hist.* 3. *p.* 433.

Elegans plantula, a quatuor unciis ad pedem alta, erectaque ex radi[illegible] simplice unum plerumque caulem attollit, purpurascentem [illegible] hirsutulum, superne ramosum. Folia sunt sublinearia, acuta, [illegible] terna, inferiora obsoletius denticulata, superiora & ramea integerrima, in planta florente infima plerumque jam delapsa. Flores brevissime pedunculati, axillares, solitarii, secundum simul spicam mentientes. Calyx campanulatus, subbilabiatus, semiquadrifidus, extus hir[illegible] lutea. Corollæ luteæ & foris pilosæ tubus calycem superat, infundibuliformis. Labium superius emarginatum fere [illegible] superne; inferioris tres laciniæ sunt obversæ [illegible] Filamenta ferme longitudine æqualia, & a corollæ labris remota, inter media porriguntur illa, stylus autem villosus labio inferiori incumbit. Antheræ coloris aurantiaci [illegible] oblongæ, & biloculares, longitudinaliter superne dehiscentes, ibidem [illegible] singulæ, atque in dorso gerentes glandulas aliquot ampullosas pellucidas & excolores. [illegible] psula hirsutula est. Crescit haud infrequens in siccis, glareosis, saxosis, [illegible] dis locis. Floret Augusto & Septembri, quo etiam mense perficit semina. Meliceris [illegible] [illegible] specimen sistitur, cui ad latus additur figura aucta calycis, petali, & [illegible] que conspectæ, neque illa in eadem proportione.

TABULA TRECENTESIMA NONAGESIMA NONA.

CISTUS OELANDICUS. *Linn. syst. pag.* 367. *Gerard. prov. p.* 396. *num.* 10. *Cram. stir. monsp. pag.* 26.
Cistus alpestris. *Jacq. enum. vindob. pag.* 248. *Scop. carn.* 1. *pag.* 375. *t.* 23. *Crantz fasc. pag.* 103. *t.* 6. *f.* 1.
Cistus Seguieri. *Crantz. fasc. pag.* 104.
Cistus caulibus duris, procumbentibus, foliis subhirsutis, ellipticis, conjugatis [illegible] confertis, calycibus tomentosis. *Hall. hist. helv. num.* 1034.
Cistus helianthemos parvo flore luteo. *Bauh. hist.* 2. *p.* [illegible]
Helianthemum serpilli folio, flore majore aureo [illegible] 7 [illegible] *[illegible] ar.* 3. *p.* 194.

Chamæcistus aureus. *Clus. hist. pag.* 73.
Chamæcistus serpilli folio nigricante & hirsuto, flore aureo & odorato. *Bauh. hist.* 2 *pag.* 17
Chamæcistus repens serpillifolia lutea. *Bauh. pin.* 466.

Etiamsi illustris Linnæus ölandico suo Cisto tribuat folia glabra, eumque esse glaberrimum in Flora Suecica asserat, jam tamen suspicabatur clarissimus Gerardus ab hoc stirpem nostram non differre. Austriaci diversam novamque speciem fecimus, hoc glabritie seducti, quam ob stipulas deficientes neque ad Cistum serpillifolium Linnæi, ignotam sic plantam, reducere poteramus. Missam vero a me specimen siccum pro suo ölandico Cisto vir illustris agnovit, ut proinde sub hoc titulo proponere. Radix ramosa & fusca plurimos caules fundit, suffruticosos, procumbentes teretes, lignosos, fuscos, ramosos, superne atropurpureos vel badios, plus minus semipedales, adscendentes in extremis, a foliis confertis delapsis exasperatos cicatriculis, caeterum glabros, ramis junioribus dumtaxat foliosis. Stipulæ adsunt nullæ. Folia sunt opposita, petiolata, oblonga vel lanceolata [illegible] tusa, integerrima, utrinque virentia, & facie quidem laevigata, nec incana, utrinque & ad oras pilis albis hirsuta, quædam tamen dorso minus, ferequae hic glabra. Racemi terminales, pauciflori, villosique eriguntur. Flores suaveolentes habent foliola calycina pilosissima, duo externa linearia, tria interiora ovata. Petala lutea, ex subrotundo o[illegible] integra vel subcrenulata, vix emarginata. Stamina & pistillum tota lutea. Stigma magnum subquadratidum & muricatum. Capsula hirsuta, nutans, & ovata continet semina minuta. Crescit passim in alpium jugis lapidosis, florens Julio & Augusto.

TABULA QUADRINGENTESIMA

DORONICUM BELLIDIASTRUM. *Linn. syst. p.* 559. *Jacq. enum. vind. pag* [illegible]
Aster Bellidiastrum. *Scop. carn.* 2 *pag.* 168.
Arnica caule nudo, unifloro, foliis ovato lanceolatis, serratis. *Hall. hel* [illegible]
Bellidiastrum alpinum, foliis brevioribus hirsutis, caule palmari, flore albo [illegible] *gen. p.* 32. *t.* 29
Bellis media. *Clus. hist. pag* XLIV. *Cam. epit. p.* 654
Bellis alpina minor, sylvestri minori similis. *Scheuchz. it. alp.* 6. *p.* 453
Bellis sylvestris media, caule carens. *Bauh. pin.* 26.

E radice perenni, calamo fere duplo graciliore, unciam longa, obliqua, fibris longis robusta, & saporis aromatici nec ingrati, folia enascuntur plura, obverse ovata vel lanceolata, attenuata in petiolum longum & hirsutum, obtusa, dentato-serrata, utrinque & ad oras villosula & asperiuscula, cum scapus unicus plerumque, erectus, teres, hirsutus, aphyllus, uniflorus, plus minus semipedalis, purpureus vel virens. Calycis viridis & villosuli squamæ sunt lanceolato-lineares, acutæ, subæquales, erectæ, a quindecim ad viginti quinque, fere duplicis seriei, longitudine corollæ. Fœminei flosculi in radio ligulati, bidentati vel integerrimi, patentissimi, calyce duplo longiores, a viginti quinque ad quadraginta, albi vel rubelli. Discus luteus ex hermaphroditis numerosis. Stigma bifidum retortum, longius exsertum. Antheræ flavæ. Semina coronantur pappo sessili & subpiloso. Receptaculum est convexum & nudum. Crescit in subalpinis & summis etiam alpium [illegible] imprimis ad pineta. Floret pro varia soli altitudine a Junio ad Augustum.

[illegible]

[illegible]

montium tractu, qui ob raras, quas alunt, stirpes

Botanicis sunt [illegible]

T. 301.

T. 302.

T. 304.

T. 307.

T. 311.

T. 312.

T. 313

T. 314.

T. 315.

T. 320.

T. 321.

T. 325.

T. 326.

T. 327

T. 328.

T. 331.

T. 332.

T. 333.

T. 334.

T 335

J. Adam Sculp

T. 337.

T. 338.

T. 339.

T. 342.

T. 343.

T. 344

T. 345.

T. 347.

T. 349.

T. 352.

T. 354.

T. 355.

T. 356.

T. 358.

T. 361.

T. 363.

T. 364.

T. 365.

T. 366.

T. 368.

T. 369.

T. 371.

T. 372.

T. 373.

T. 374.



T. 375.

T. 377.

T. 378.

T. 383.

T. 386

T. 389.

T. 391

T. 394.

T. 397.

T. 398

T. 399.

T. 400.